



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Iurisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De  
Praeeminentiis & Praecedentiis

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LXXXII. Romana pretii Castrorum. An jurisdictione per Principem seu  
alium superiorem alicui delegata, probetur ex ejusdem delegati assertione  
de vivæ vocis oraculo, Et quando huic deferendum sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74087)

hæredæ criminaliter non accusando neque puniendo de crimine expilata hæreditatis, ob bonorum hæreditariorum occultationem, cum similibus, id est que idem Episcopus hanc viam deseruit, ut potè omnino incompetenter. Causa vero civilis redditio[n]is rationum sopia fuit per concordiam.

R O M A N A  
PRETII CASTRORVM  
PRO  
CREDITORIBUS MONALDENSIUM  
C U M  
MARCHIONE MARCELLO  
RAIMUNDO.

*Causa pendet in Camera.*

An jurisdictione per Principem seu alium Superiorum alicui delegata, probetur ex ejusdem delegati assertione de vivæ vocis oraculo; Et quando huic deferendum sit.

S U M M A R I U M.

1 F. Acti series.

- 2 De vivæ vocis oraculo, quando illud habeant Officialis.
- 3 De regula Cancellaria non judicandi cum sola supplicatione sine litteris.
- 4 De eadem materia oraculi vive vocis.
- 5 Rescriptus & declarationibus in plena Signatura gratia deferendum, etiam si ore tenus.
- 6 De Signatura gratia & Officialibus in ea intervenientibus. Et quomodo Papa vive vocis oraculo respondere soleat.
- 7 Declarantur regula Cancellaria de quibus nu. 3.

D I S C. LXXXII.

**V**enit ad hastam per Congregationem Baronum instantibus creditoribus Castris illorum de Monaldensibus, ut deductum quoque habetur *sub tit. de feudi ad materiam Bullæ Baronum dif. 77. cum seqq.* illisque licitatis per Marchionem Marcelum Raimundum, contra istum tunc bannitum, Thesaurarius ex jurisdictione sibi ore tenus per Pam in Signatura gratia concessam erendum castrorū exequitionem ac subhastitutionem pro longè minori pretio processit, ad effudem exinde satisfaciendi, prout sequutum fuit, antiquis creditoribus Monaldens. per d. emptorem accolatis; Cumque ipse in gratiam restitutus, non posset ejus actiones dirigere ad ipsa castra, stante Apostol. chirographo seu brevi, ea omnino eximente, atque emptorem tutum reddente, dictaq; actiones in premium transfundente, illas proinde direxit adversus creditores de pretio ut supra satis factos, Et commissa causa in Camera Corsino, prætendens se per dictam subhastitutionem nulliter & injuste sequutam spoliatum fuisse, proinde que ante omnia reintegrandum esse.

Inter plura nullitatis & injustitiae fundamenta illud erat præcipuum, in puncto juris consistens, defectus jurisdictionis, quia nullib[us] per commissiō[n]em vel aliam scripturam constabat Thesaurario demandatam fuisse facultatem procedendi contra absentem, non servato eo rigoroso juris ordine, qui alias, cessantibus facultatibus à Principe communicatis, servari debuisset, & quartum vigore in actis processisse assertum fuerat. Non obstante quod dicteret, id vivæ vocis oraculo per Sanctissimum concessionem esse, cum tali assertione sine scriptura deferendum non sit Officialibus, nisi solum circa concernentia eorum officium juxta Constitutionem Pauli V. moderatoriam oraculi vivæ vocis, ita declaratam per alteram Constitutionem 139. Vt bani VIII. Unde cessante illo vivæ vocis oraculo generali solum hodiè competenti in concernentibus officiis, In reliquis dicebant pro Raimundo scribentes, necessariam esse scripturam, ex regulis Cancelleriae, circa quas dicti scribentes variabant, Aliqui enim allegabant regulam 27. disponentem non judicari juxta formam supplicationis, sed juxta formam literarum, Alii vero allegabant regulam 30. seu 31. disponentem commissionis non valituras nisi literis expeditis, Atque his addebat auctoritatem Molinae primogenitura, lib. 2. cap. 7. num. 53. nec non Sanchez & aliorum materiam matrimoniale tractantium, ac affirmantium occasione dispensationum matrimonialium, solis rescriptis & commissionibus absque literis deferendum non esse; Et istis ego dicebam addi posset Regnicoles, de quibus etiam Rot. in Rom. census seu depositi, 8. Martii, & 21. Junii 1641. Donozetto inter suas decisiones. 604. & 622. firmantes, in assensibus regis super feudorum obligatione, vel alienatione, ac similibus, non sufficere supplicationem signatam, nisi etiam intrâ annum literæ seu privilegium in forma Regia Cancelleriae expediantur, & de qua causa habetur actum *sub tit. de credito pro Monte pietatis.*

Pro creditoribus autem scribens, quicquid esset de aliis exceptionibus, in facto potius, quam in iure consistentibus, præfertim circa excessum, ac etiam aliquorum bonorum comprehensionem, Quare non ad hoc nullitatem strictè pertinet, cum sensu etiam veritatis, frivola malèquè fundatam hujusmodi exceptionem dicebam, quoniam quicquid sit, an alicui conspicuo & magno Magistratu, qualis in Romana Curia te & ac juridice dici potest *Thesaurarius Generalis*, deferendum esset circa vivæ vocis oraculum sibi à Principe datum, quoties agitur de Principe absente ab eodem loco, ita ut non de facili partes interessatae de hoc certificari possent, que etiam casu stante Officialis conspicua qualitate probabilior videatur affirmativa ad tex. in cap. nobilissimus 97. distinct. cum aliis deducit per Lap. alleg. 32. n. 4 ubi addit. Altgrad. consil. 22. n. 46. & seq. vol. 1. Farino. 9. 97. apud quos ceteri agentes de hac materia vivæ vocis oraculi; Omnes difficultatem cessare dicibā, quoties agitur de actibus gestis Principe præsente, & in loco sua residencia, Tunc enim nullatenus probabile est, qualificatum Magistratum velle in faciem Principis, ad quem facilis haberi potest recursus, cum narrativa facultatis ab eodem sibi attributa in causa procedere sine jurisdictione, præfertim ubi agitur de causa gravi, & de reiteratione plurium actorum, ut bene Grammat. consil. civil. 24. n. 8. cum seq. & supponit a. apud Buratt. decis. 117. nu. 6. & 10. cum seq. decis. 194. n. 9. par. 4. recent. tom. 2. & in aliis.

Impro-

Improbabile siquidem est, adeo stultum reperiri, qui Principe praesente, in causis gravis momenti, in quibus veram litterarum unius partium recursum certum & facilem ioppone debet, hujusmodi attentatum committere vellit. præfertim spectata qualitate Officiale, qualis erat *Thesauraria*, juxta Curia stylum, proximus promotioni ad Cardinalatum, & cuius officii jactura, ultrâ honores importat valorem sacerdotum ferè 10 o. m. ex rationibus de quibus in *Neapolitanâ pretiâ officiorum*, disc. 2. ubi de rationibus ob quas hæc officia sint venalia & vacabilia propter promotionem ad Cardinalatum, ideoque dicebam hujusmodi prætensionem nullam habere substantiam.

Clarissima quia hujusmodi vivæ vocis oraculum per Papam præstum non fuerat in aula, & secreto, sed in plena Signatura gratiæ, quæ est de magis publicis, & numerolis functionibus, quas Papa faciat, ita ut videretur species notorii, ac melior & certior probatio voluntatis Papæ, quam sit per supplicationem ejus manus signatam, cum hæc ut potè falsificationibus vel subreptionibus subiecta, dari possit absque ejus intentione; Quodque declarationibus per Papam factis in plena Signatura omnino deferrendum sit habetur in *Carpen. bonorum*, 10. Aprilis 1617. *Sacrafo*, Camerinen, pensionis 26. Junii 1641. *Panzirolo*, & in eadem apud *Roias* decif. 217. *Romana hereditatis* 28. Aprilis 1659. *Meltio*, impressa post collationes *Bondenideos* 62.

Attenta præfertim congruitate dictum oraculum tunc præstandi *Thesaurario* præsenti, In illo extenuum congressu, ultrâ Cardinales assistentes, ac Prælatos Votantes, & Referendarios, interveniunt omnes Prælati, Officiales majores justitiam administrantes, prout sunt, A C. ejusque Locumtenentes, *Thesaurarius*, *Vicesgerens*, nec non capitá Tribunalium Collegialium, nempè *Decani Rotæ* & *Cameræ*, & quandoque eorum loco *Vicedecani*. Unde quando agitur de causa ad quemlibet ex istis respectivè spectante, Papa ad eum verba dirigere solet, atque oracula dare, ut de mandato vivæ vocis oraculo dato Decano Rotæ tanquam capitì illius Tribunalis liquet ex dicta *Camerinen. pensionis* 1. *Junii* 1643. *coram Roias inter suas decif.* 217. Unde cùm hujusmodi materia spectaret ad Congregationem Baronum, de cuius mandato castra prædicta distracta erant, rectè Papa oraculum dedit *Thesaurario*, qui ex eadem Bulla Baronum est dictæ Congregationis caput. Regulas autem *Cancellaria* ut suprà per alterius partis defensores allegatas à casu prorsus extra-neas dicebamus; Siquidem *Regula* 27. præcipit non judicari juxta formam supplicationis, sed juxta formam literarum, Et regula 30. seu 31. loquitur de commissionibus in causis beneficiorum, non valiturs nisi literis expeditis, & sic ultraque percutit collationes beneficiorum, vel gratias, super quibus literæ expediti solent, nē in præjudicium Officialium *Cancellaria* obtinentes negligenter literas expedire, Ac eriam quia post signatam supplicationem, antequam literæ expediuntur, solet ista revideri per varios Officiales, qui tanquam organum Papæ multa delent vel addunt, aut accommodant, quod nil commune haberet cum commissionibus in causis contentiosis, in quibus nec literæ expeditiuntur, neque *Datariae* vel *Cancellaria* Officiales quicquam gerere habent, Et vere in Camera hujusmodi exceptio prorsus irrevelans reputata fuit: sed proposita causa de Anno 1658, restricta fuit difficultas ad alia concernentia justitiam, præfertim circa excessum ac exceptio-

nem cuiusdam tenuta seu membra dictorum Castorum non traditi, quæ in facto potius, quam in jure consistebant.

## R O M A N A C O N C V R S V S P R O M E R C A T O R I B U S R I P A L I B U S, C U M D O G A N E R I O.

*Causa disputatus in Camera, ignotus est  
exitus.*

De jurisdictione Camerarii Riparum in causis mercatorum ripæ, seu negotiorum ripale concorrentibus, quomodo & quando competat, & an procedat ubi contentio est cum Doganero super gabella per tabernarium seu Hospitium debita concurrente cum mercatoribus ripalibus creditoribus ex causa vini vel mercium, vel potius tanquam in causa fiscalis cognitio spectet ad *Thesaurium*; Et an fiscus qui venit ad causam alterius assistendo tanquam defensor necessarius seu alijs habens intereste mediatum trahat causam ad forum suum.

*S V M M A R I V M.*

- 1 *F*aci series.
- 2 *Causa ripales cognosci debent per Camerarium ripe, & quid ubi contentio est super gabellis.*
- 3 *In concurso generali creditorum super bonis unius debitoris causa debent cognosci coram uno, & quis sit iste magis competens.*
- 4 *In exercente plures artes vel exercitia, quis sit eius index seu forus magis competens.*
- 5 *Causa fiscales coram quo cogoscenda sint.*
- 6 *Gabellæ dicuntur Principis, ac fiscus in eis interessatus dicitur, quamvis privatis vel aliis suis assignatae essent.*
- 7 *Quando fisco interesse mediatum sit considerabile, & in quo foro ipse agere debeat causas sui debitoris.*
- 8 *De jurisdictione Ripæ eiusque Camerarii, in quibus causis procedat.*
- 9 *De jurisdictione Magistrorum nundinarum, seu consulis, aut alterius fori mercatorum.*

D I S C. LXXXIII.



UB *Eugenio IV.* per populum Romanum, à quo, mandante, vel approbante Papa, tunc ut plurimum publica onera indicebantur, impo-sita fuit quædam gabella super vino ripali, per *Leonom X.* deinde aucta, atque per unum vel alterum applicata substantiatio-ni Studiorum Urbis, gabella studi proindè nuncupata, & de qua habetur in *Romana appaltus post Pacif. de Salviano decif.* 285. per Conservatores Populi administrari solita, & cui gabella moderno tempo-re adjectum fuit quoddam augmentum nuncupatum octavi, eadi seu barii, ad beneficium Cameræ Apostolicæ, quod cum appaltu Dohanæ aliquando concedi solet, & aliquando separatim, sive etiam unitim